uel Prælaturarum seu collegiatarum Ecclesiarum insultum, et dirolationem periclitentur, uel si aliquid pertimescant, pro sufficienti necessitate (ut iam pridem ex illo declaratum est) ipsi uere potest, ut et iurisdictionem, et proventus earumq. sua bona retinant, et salua conseruari possint. Hac tamen conditione, ne iurisdictionem suam ullo modo contra superiores articulos exercerent, quod quoq. in hunc modum prouidiri potest, quod etiam si Clerici matrimonium inirent, et publice publicarent, nihilominus ab hereditate Sacerdotiorum, et Prælaturarum remoti, et alieni essent, illeq. suas uxores, et liberos ex fructib. eiusdem suis hereditarijs bonis uiuerent, et sustentarent, et insuper Capitula una cum Collegijs pristinam suam Electionem, et collationem conseruarent integram, et ab

Quo sic constituto, et summo Pontifici (si modo superiores tres articulos ita ut dictum est admitteret, neq. aliquem contra illos grauari, diuinaq. scripturae se submittere uellet, suprag. illam offerre nolit) primatus in questionem uocari amplius non debebit, sed pro summo Episcopo haberi potest.

Quod uero sectarum undiq. ingruentium molestiam spectat, iam dum satis constat Anabaptistas, Zuinglianos, omnesq. illos alios, qui cum doctrina de Sacramento corporis et sanguinis Christi, quod haec sub speciebus illis uere comprehendantur, non concordant in Augustana Confessione expressi damnati esse. Tum etiam in reliquis omnibus tractationibus de Religione concordantia, praesertim uero in nouissima de Religionis pace constitutione, omnes alias Religiones et sectas, quae cum antiqua Religione, et Augustana confessione non consentiunt, clare et clausae sunt. Plus quam damnationem, et prouisionem porro hic ulla alia deliberatione conquiescere, et ne quis contra haec disputet uel scribat grauissimis poenis coercetur.

Postremo illi qui praedictis erroribus, et praeuaricabilib. sectis communicabunt, neq. manifesti erunt, ex pace in hostilitate, et poenis eius ui gratia in Romani Imperij iure ac constitutionibus, decretis, grauiter puniti debebunt.